

INCIPI LIBER PRIMVS SCAVGVSTINI DE GENESI
AD LITTERAM

OMNIS DIUINA SCRIPTURA BIPERTITA EST *Diuina scriptura duplex*
 secundum id quod dñs significat dicens. Scribam eruditum
 in regno di similem esse patri familias profertur de thesauro suo
 & lucere: quae duo & iam testamenta dicuntur. In libris autē om
 nibus sc̄is intueri oportet. quae ibi aeterna hramentur. quae saec
 uae narrentur. quae futura praenuntientur. quae agenda praeci
 piantur. uel moneantur. In narratione ergo rerū factarū
 queritur. utrum omnia secundum figurarum tantummodo
 intellectum accipiantur. an etiam secundum fidem rerum gestarū
 adserenda & defendenda sint? Nam non eē accipienda si iure clā
 nullus xpianus dicere audebit. attendens apostolum dicentem.
 Omnia autē haec in figura congebant illis. & illud quod in ge
 nesi scriptum est. & erunt duo in carne una. Magnū sacra
 mentum commendantem in xpo & in ecclesia. Si ergo utroque
 modo illa scriptura seruanda est. quomodo dictum est p̄ter alligō
 ricam significationem. In principio fecit dñs caelum & terram?
 Utrum in principio temporis. an quia primo omnium factae
 sint. An in principio quod est uerbum di unigenitum filius. Et
 quomodo possit ostendi dñm sine ulla uicōmutatione operas
 rimata bilia. & temporalia. Et quid significatur nomine
 caeli & terrae utrum spiritalis corporalisque creatura caeli
 & terrae uo cabulum acceperit. An tantummodo corpora
 lis. ut in hoc libro de spiritali accuisse intellegatur. atque
 ita dixisse caelum & terram. ut omnem creaturam corpo
 reā superiorem atque inferiorem significare uoluerit?
 An utriusque informis materia dicta est caelum & terra;

*Libri Guil. Laud Archiepi Cant.
& Cancellar. Universit. Oxon.
1838/1*

D4